

Piissima vota, pro viro  
præclarissimo atqve  
amplissimo dn. m. Johanne  
Munst...

Colliander, Henricus,

*1 Ic 1692 Munster, Johannes*



National Library  
of Sweden

PIISSIMA VOTA,

PRO  
VIRO

*Praclarissimo atque Amplissimo*

DN. M. JOHANNÉ  
MUNSTERO,

*Cum*

Jussu SERENISSIMÆ REGIÆ MAJESTATIS, ad professionem  
Philosophiæ Extraordinariam, ritu solenni in Aca-  
demia Regia Aboënsi, introduceretur, Die  
24. Novemb: Anno 1692.

*Concepta.*





ostquam non multos ante  
dies, auribus non magis quam  
mente percepi, tuam Amplif-  
simam dignitatem, auspicio  
ac nutu divino, indultu vero  
sacrae Regiae Maiestatis, nec  
non Ephorum Academiae benevolae, & con-  
cordi suffragio, in fortunam Professoriam  
ascendisse, incredibile est, quanta animus  
æstuare lætitia, Quanta mens luxuriare exul-  
tatione, quantoque sensus perfundi gaudio,  
cæperant. Ut adeo merito dixerim, vix ma-  
jorem Penlopes fuisse lætitiâ, cum oculis  
suis Ullysem vicennali exilio afflictum; per-  
spexisset, Quod si illa vero gavisa fuit iuste,  
Quod illum vidit reducem, cur non ego mul-  
to gaudeam justius, cum te Præclarissime  
DN. PROFESSOR, ad tantos honores, ad tantam  
dignitatem, ad tantam existimationem, eve-  
hi, summa quidem animi lætitia, cognoscam.

Qua-

Quapropter magnopere exhilaratus, continuo  
votum addidi, supremumque Numen, devo-  
tis suspiriis sollicitavi, ut honos hic tibi felix,  
fortunatusque semper esset. Quin immo ut  
à te Præclarissime DN. PROFESSOR magna admi-  
nistraretur dignitate etiamnum voleo quippe  
cui pretiosa adeo substat basis, ut cum splen-  
didis Alexandri Triumphis, Midæ Regis opu-  
lenti Gazophylaciis, cum Croesi Crassique di-  
vitiis componi possit. Si enim in hæc rerum  
humanarum inconstantia nobis mortalibus,  
post patris primævi culpam, aliquid reliquum  
est: hoc ipsum est munus, hæc ipsa inquam  
disciplina est humanitatis, quam publice pro-  
fiteris, quæ mactatum tuus te voluit REX  
Clementissimus. Procul dubio, deprehendi-  
sti ut tua est sedulitas in perscrutandis divinis  
etiam rebus, propriisque vides iam oculis tali  
te Præclarissime DN. PROFESSOR, auctum esse  
divinitus officio. Cur ni igitur magnopere  
exultem, cum omnia ad nuntium tuum succes-  
sisse animadvertam. Idcirco Præclarissime  
DN. PROFESSOR hanc qualemcunque gratula-  
tionem benigne amplectere; Hoc qualemcun-  
que

que devoti animi pignus, suscipe, hanc gratæ  
mentis tesseram, habe, nec non studiorum  
esto meorum fautor. Intuere porro Ani-  
mum officiosum & gratum, & grata mente  
Scripturam inspice, mihiqve in posterum fa-  
ve. Ego vicissim.

*Sum tuus*

**HENRICUS COLLANDER.**

